tota flectebat ad tale præcipitiũ, illum ſolus et
vnus domini ſui amor et fidelitas huic funeſtæ
ſe tradere morti mouebat. cui te comparem o
nobile et fidele animal? Pyladi? Pylades ſe
Oreſti comitem addidit, caput ſuum pro eo exitialibꝫ
obiectauit periculis, ſine illo viuere noluit et pro
eius vita conſeruanda mori ſemper deſiderauit.
tu continuo lateri fideliter domini tui adhæres,
illum per ſaxa, per ſcopulos, per ignem et aquã,
ventorum iniurias, ingentes aduerſitatũ procellas
ſuſtinens comitaris et vt illum acerbæ mortis
diſcrimine eruas corpus tuum hosti infenſiſſimo
ei inſidias struenti offers. Itaq; non amplius me
admiratio et stupor capiet quod Ptöenbari
et Pthöemphanæ canem pro Rege habeant et
colant eius motu imperia augurantes post
tantas victorias post tanta trophæa et heroica
acta. Interim etiam Auditores Religioſiſſimi, cũ
vestra venia et facultate maculas illas abluam
quibus orator ille nuper canum laudes virtutesq;